

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Groningensis Agrivera Descriptio

Quad, Matthias


[Köln], 1589

[urn:nbn:de:gbv:45:1-289750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-289750)

GRONINGENSIS AGRICULTURA

GRONINGENSIS AGRICULTURA VERA DESCRIPTIO

1689



195
00

Hispaniarum Regis nomine feliciter satis grassabatur, dum Dammum opidum, & alios quosdam huius prouinciæ vicos in suam potestatem redigit. Idem etiam fratris sui partes contra Hispanos Albanumq; secutus, bellum acre contra eosdem mouit, & victoria (Hispanis, qui veterani omnes erant, vna cum duce fortissimo, relique militaris peritissimo Arenbergico comite cæsis) ad monasterium illud *Hestigetle* dictum, est potitus, perijt tamen in eadem pugna Adolphus Nassouius, frater ipius. Vt Albanus deinde ipse, sumpto primo Bruxella de Egmudano Horneniq; comitibus, quos Gandavi captos habebat, supplicio: collectisq; maximis copijs eò peruenit, & Ludouici comitis exercitum, quod is viribus, militum numero, cæterisq; rebus omnibus longè impar esset, fuderit & dissiparit, vrbemq; obsidione liberauerit. commissa autem pugna illa anno salutis millesimo quingentesimo sexagesimo octauo. Sicuti vero vrbis hæc Georgio Saxonix Duci per vim (vt supra monui) vrbis hæc erepta fuit: ita per nepotem eius Mauritium Nassouix Comitem Guilhelmi Vranientis filium, cuius autem maternus Saxonix Dux Mauritijs erat (gener namq; Mauritijs Guilhelmus fuit) anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto armata manu obsidione duorum saltè mensium, cum toto penè territorio recuperatur: frustra ei Carolo Mansfeldiaco & Verdugine resistentibus.



Territorium hoc Groningense, quod Orientali atque Occidentali Frisix interiacet, septedecim prouinciarum Belgarum vna est, & quatuor Occidentalis Frisix statuum prima. Est autem Groninga vrbis ampla, natura atque arte munita & perpolitata, quæ legibus proprijs regitur, & ipsa iurisdictione obtinet, multorum vndique vicinorum sibi federatorum pagorum domina, viris armisq; potens. Nomen autem Frisix huic vrbis Granium quendam Troianum dedisse quidam opinantur. Sed haud immeritò doctis atque acris iudicij viris inspectæ sunt pleræque populorum & vrbium origines, illæ præsertim quæ deducuntur à Troianis. Munsterus autem Francum dicitur, non Troianum, sed & Troianus fuit, si Fraci verè sui genus à Troianis repetunt. Si autem pauperis scholastici consuetudo etiam ponderis aliquid habitura sit (recipere tamen eam nulli suaferim) à viriditate potius Gruningen dictam crediderim: cum nò solum amœnis pascuis tanquam in campo viridi sita sit vrbis, sed insignia quoque eius videamus esse tralè viridtem in clypeo fluau. Per hanc vrbem multæ, eò ingentibus canalibus, quorum maior pars artificiose manu perfectæ est, ductis, aquæ defluunt. Quod ad bonarum artium studia attinet, vnius inter eruditos summi viri Rodolphi Agricola, laude claret. qui in pago non procul à Groninga vrbis natus, cuius summorum suæ ætatis vel ingenio vel doctrina, vel eloquentia par habitus: primo studiorum tyrocinio Louanij egregie deposito, præter Græcæ & Latinæ literas omnibus artibus optimis Ferrariæ in Italia ornatus, sub Theodoro Gaza doctore clariss. demum Academiæ Heydelbergenfis professor, & disputationum factus moderator præsertim Logicarum: Commentario in lucem edito de Inuentione Dialecticæ sanè pulcherrimo atque elegantissimo: Psalterio etiam ex Hebræa lingua in Latinum fideliter translato: Philosophiæ Aristoteliæ interpres sui seculi princeps, Cui sub annum M. CCCC. LXXXV. Heydelbergæ mortuo, Hermolaus Barbarus Venetus, doctorum sui temporis hominum facile princeps, hoc elegantissimum tetralichon posuit.

Tandem classerunt hoc marmore facta Rodolphum

Agricolam, Phrysijs spemq; decusq; soli.

Sed hæc hoc vno meruit Germania laudis

Quicquid habet Latium, Gracia quicquid habet.

Cum autem hæc vrbis clientelis potens sit, separatam prouinciã constituit, & ob id titulum à suo nomine principi proprium attribuit. Hanc vrbem & prouinciã Embdenfis Comes Georgio Saxonix Duci, Caroli V. Imperatoris clienti, siue, vt nunc recentiores Iurifconsulti loquuntur, feudatario eripuit. Sed vbi eam tueri sibi atque retinere non valeret: eam ille Carolo Geldrix duci, anno circiter millesimo quingentesimo decimo quarto tradidit. Quam rem Georgius indignè ferens, ita ab hac mutatione, & Frisix moribus abhorruit, vt eam vrbem atque vniuersam Frisix prouinciã Carolo Quinto tanquam supremo Domino, nimirum Imperatori, anno M. D. XV. & ipse traderet. Inde nata inter Burgundos, & Geldros atrocissima bella, quæ demum inito contractu, consopita fuere. Inter cætera conuentum, vt dux Carolus ea prouinciã, dum viueret, frueretur. post eius obitum verò ad Carolum quintum, tanquam ad Frisix dominum, vel ad eius heredes rediret. Sed hac de re plura in Frisix Chronico Lugduni Batauorum, siue Leydæ, anno salutis humanæ M. D. LIII. edito, inueniuntur. In hac prouinciã Ludouicus Nassouix Comes Guilhelmi Auriaci principis frater germanus, tempore Ducis Albani administratoris Belgici, philippi

Hic

ALBERS MS
Kartno 201